



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

16. An excusetur à ieiunio, qui labore aliquo defatigatur, quamvis illum in alium diem commodè differre queat; & etiamsi data opera, ut non ieiunet, hoc ageret? Ex p. 1. t. 9. r. 52.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. XVII.

An defessus ex labore simplo ob recreationem, et ex ludendo pile, vel ob quendam concubinam, teneatur ad ieiunium? Et an quis sit obligatus relinquere ludum pile propter ieiunij obseruationem? Ex p. 1. tr. 9. Ref. 40.

§. 1. Respondent aliqui distinguendo. Vel talis praeviuat, aut praeviuere debuit, quod ex illo impedimento, voluntarie se posito, non valebit ieiunare; & ita peccabit mortaliter in sua causa non ieiunando; vel non praeviuat, aut expertus est ex illo impedimento sequi necessitatem non ieiunandi, & in hoc casu non peccabit postea non ieiunando, nec in se, nec in sua causa; & ita ad hunc casum respondet Ortiz in sum. c. 19. num. 17. Homobonus de exam. Eccles. p. 1. tr. 7. c. 7. q. 23. & tract. 9. r. 4. q. 74. Ioan de la Cruz, in director. conf. p. 1. praecep. 3. art. 4. dub. 9. concl. 3. Rodtq. in sum. tom. 1. c. 23. n. 6. & alij.

2. At, his minime obstantibus, contrariam sententiam docuit Medina in sum. lib. 1. c. 14. §. 10. vt notavit Ledesma in sum. tom. 2. tr. 27. concl. 6. c. 2. diff. 3. fol. mibi 699. vbi sic asserit: No peccat ei, que pone impedimento al ayuno. Esto en esta Medina en su suma, y pone exemplo en los caminantes de apite, aunque tomet el camino por su passatiempo, los quales no tienen obligacion de ayunar llegados fatigados, trabajados, y dize que esto tiene verdad, aunque el camino se hiziese por ver a su amiga, si despues quedan cansados y fatigados, el tal peccara contra otro precepto de no fornicar, pero no peccara contra el precepto del ayuno, tambien se pueden traer otros exemplos. Ita Ledesma, qui probabilem putat esse hanc opinionem: & paulo post addit exemplo de ludo pile.

3. Hanc sententiam docet absolute Filiucius Medinam sequens to. 2. tr. 27. p. 2. c. 6. n. 123. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 13. diff. 4. n. 11. vbi ait: Esta excusado el, que hauiendo hecho alguna obra, se canso en ella por su culpa, de suerte que no puede ya ayunar, como si jugo demasiado la pelota, con que no lo aya hecho en fraude de la ley, y si lo hizo en fraude de la ley, peccara quando lo hizo; mas ya despues de hecho, no peccara en dexar de ayunar.

4. Notandum est etiam, quod Ledes. vbi sup. putat, talem non esse obligatum relinquere ludum pile propter ieiunij obseruationem: quia ludus pile non est medium de se ordinatum ad complementum, & obseruationem ieiunij, nec Ecclesia obligat ad abstinentiam a ludo, vt ieiunio quis vacet: ergo, &c. Licet contrarium asserant Villalobos, & alij. Sed circa praesentem questionem vide inf. in Ref. 46.

RESOL. XVIII.

An qui in die ieiunij dat operam ludo pile, venationi, vel talibus veneris ea intentione, vt factus impotens non ieiunet, peccet contra praecipuum ieiunij?

Et quid si nocte proxima te inebrias, & fueris impotens ad ieiunandum, recitandum officium Diuinum, Missam audientiam, &c. sequenti die?

Et docetur, quod non est eadem ratio de illo, qui descendit a loco, vbi obligat ieiunium, ad locum vbi non obligat ex intentione non ieiunandi, ac de illo, qui assumpsit laborem incompatibilem pile, venationis, &c. cum ieiunio, quod idem est de illo, qui in die festo e proprio domicilio proficiscitur ad alium locum, vbi hoc Festum non obligat, animo, & gratia exercendi seruilia, &c.

Sup. hoc in Ref. p. 1. p. 1. tota, & significanter §. vnde, & in Ref. scq. & inf. in Ref. 64. §. vlt. post medium, verum, aa vero, & sup. in tr. 3. Ref. 163. §. Confirmitur exemplis post medium, a verum, Imo Diana, & cursum cum eisdem DD. citatis in §. 2. & 3. huius Ref. tantum in to. 7. tr. 1. Ref. 304. §. Et tandem ad lin. 6.

Sup. hoc in Ref. 1. not. praeter §. 2. & in Ref. 2. §. Nec obstat, & in Ref. 4. in eodem §.

One hic est inf. Ref. 19. & in alio §. eius 1. not.

Affirmative respondet Toletus in sum. l. 6. c. 5. num. 1. s. 1. qui citat Paludanum in 4. dist. 14. q. 4. art. 1. & Gabriel. dist. 16. q. 3. a. 1. notab. 4. Sed ego puto, contrariam sententiam veram esse: ita obtinuit consuetudo recepta ab omnibus moralibus, & religiosis viris, qui non propter ieiunium subtrahunt feruis de labore, neque operarios dimitunt: igitur non tenetur dominus eum solum laborem feruis imponere, & eos solos operarios vocare, qui cum moderato labore possint ieiunare; sed poterit eundem laborem feruis imponere; & operarios quoscumque vocare, licet ieiunium non sint seruaturi: & ita docet contra Toletum Fernandez in exam. Theol. mor. p. 2. c. 8. q. 23. Imo Fagundez Praecep. 4. l. 1. c. 6. num. 16. putat, quod si dominus conducere operarios hoc pacto, vt eo die, quo suo labore incumbunt, non ieiunent; quia, cum dicti operarij non tenentur ieiunare, neque venialiter peccabit dominus illos cum conditione, vt non ieiunent, conducendo.

RESOL. XVI.

An excusetur a ieiunio, quis labore aliquo defatigatur, quomodo illum in alium diem commode differre queat? Et etiam si data opera, vt non ieiunent, hoc agerent? Ex parte 1. tract. 9. Ref. 52.

Non eximi docet Azor. tom. 1. l. 7. c. 17. q. 9. & alij penes ipsum.

1. Sed contrariam sententiam docent aliqui iuniores, Magistri: quia ius habet iste ad illum laborem suscipiendum, v. g. ad iter agendum, ad ludendum pile, ad venandum, &c. quo non priuatur ob ieiunium seruandum. Et haec opinio procedit, etiam si in fraudem ieiunij ius ageret, nullius negotij causa itinerando; sed solo desiderio non seruandi ieiunium. Et ita docet Sancius in fine Salmatis, dist. 4. n. 14. loquens de ieiunio, & Suarez de Relig. tom. 1. l. 2. c. 13. n. 6. loquens de obseruatione peccatorum: nam in tali casu puto, non interuenire propriam fraudem, aut dolum, sed fugam quaedam obligationis praeccepti; quae tamen contra praecipuum non est, sed bona, vel mala ratione finis, ob quem fit. Vide etiam Salas, de leg. dist. 14. §. 1. n. 66. & Sanchez in sum. tom. 1. l. 1. c. 12. n. 35. & Fagundez Praecep. 1. lib. 1. cap. 7. n. 7.

2. Vnde ex his infert Sancius, vbi sup. n. 20. & nos propriam ieiunij, liberos esse a lege ieiunij, qui culpa sua ita defatigati redduntur, vt ieiunare non valeant, vt qui defatigatus esset ludo pile, vel ex venatione, aut aliis illis, de quibus supra, de quibus deditur sceminarum commixtionem: nam tamen die, quo praecipuum obligat, impotentes sunt seruare; die vero, quo ludunt, nondum aduenit: ergo, &c. Quod si in fraudem ieiunij se defatigarent, peccate desiderio illo frangendi ieiunium, docent plures ex doctrina Sancij, & Suarez, vbi supra, contra rationem dicendum est: nam in tali casu non interuenit scelus, sed fuga quaedam obligationis, quae non sufficit ad cauendum peccatum. Aliud quidem est, desiderare ab aliquo frangere praecipuum, quando adest obligatio; aliud desiderare se reddi impotentem ad praecipuum; hoc enim nihil aliud est, quam optare exultationem praeccepti, quae licet quis intendat via illicita, non operatur aduertere tale praecipuum, cum non desiderat illud infringere, quando obligat; sed modum, quo non obliget, querat. Et haec opinio mihi non displicet. Secundum Sancium ieiunij dicendum est, quod non tenentur ieiunio, qui labore aliquo defatigantur, etiam si illi agant in fraudem ieiunij, quia, dum defatigatio acquiritur, non adest ieiunij praecipuum, dum vero iam acquisita est, impossibilitas adest ad ieiunandum. Ergo, &c. Sed, his non obstantibus, non esse recedendum a prima opinione Azorij.

Tom. IV.